

INDEX TITVLORVM

Circa Sextum.	50	Circa Vigesimum-primum.	79
Circa Septimum.	51	Excusio brevis circa Indicas Universitas.	82
Circa Octauum.	52	Circa subornationem obseruanda & notabilis Resolutio.	94
Circa Nonum.	53	De Universitatibus Societatis JESV.	111.
Circa Decimum.	54		
Circa Undecimum.	55		
Circa Duodecimum.	57	Circa Religiosos Resolutio postrema.	118
Circa Decimum-tertium.	58	Circa Vigesimum-primum Concordatorum	
Circa Decimum-quartum.	60	Capitulum alia item nonnulla.	122
Circa Decimum-quintum.	62	Circa Vigesimum-secondum.	128
Circa Decimum-sextum.	64	Circa Vigesimum-tertium.	130
Circa Decimum-septimum.	66	Circa Vigesimum-quartum.	135
Circa Decimum-octauum.	68	Circa Vigesimum-quintum.	137
Circa Decimum-nonum.	70	Circa Vigesimum-sextum.	159
Circa Vigesimum.	76		



THESAVRI

THESAVRI ET INSTRVCTORIS INDICI

TITVLVS DVODECIMVS.

De Priuilegiis Indorum.



N. 1

Quanta
India à Re-
gibus pri-
uilegia cō-
cessa, &
de quibus
præterim
differendū.

Vnt illa non pauca, & circa quæ possunt non leues difficultates occurrere: ac proinde quæ opportuna de illis visa fuerint, discutiemus. Et de his, quæ ad temporalia pertinent, atque à Regibus concedi posunt, nihil videtur dicendum superesse. In ordine autem ad eorum rectam & pacificam gubernationem multa sunt ab eisdem disposita, quæ si obseruentur, nihil illis vterius exquirendum restat: & vt obseruatio vigeat, sollicita est etiam monitionum repetitione prouisum. Ultra humanæ autem prouidentiæ facultatem est omnia imperata compleri, & præsertim ad partes longinquas directa. Quamuis certò mihi constet in supremis Magistratibus zelum talis obseruantæ teruere, & tum eos, tum Regia Prætoria, omnia, quæ ad Indos spectant, cum omni pietate tractare, & vt rescripta Regia executioni mandentur vrgere. Sed manus sæpius pares contabitis imperantium cum dolore deficiunt: vnde id euenit, quod à D. Escalona

scriptum in *Gazophylacio Peruiano Lib. 1. Cap. 16. num. 1.* scilicet ea, quæ multis cautionibus in fauorem & leuamen Indorum piè & prudenter decreta sunt à Supremo Indiarum Senatu, & Indicis Proregibus, nuspiam benè obseruata reperiuntur. Pro gubernatione ergo Indorum continuatum esse videtur priuilegium, si contingat feliciter obseruarti. Ex quibus specialia quedam proponit & discutit

D. Escalona.
Dom. So-
lorzanus.

Dom. Solorzanus Tomo 2. Lib. 1. Cap. 27. & in *Politica*, Lib. 2. Cap. 28. & ad res temporales spectant, ac politicam agendi rationem: in quibus non est visum distineri; quia negotium conscientiæ non ita directe concernunt, & eorum aliqua in decursu, aut expedita, aut quantum necessitas requisiuit, expedienda. Sed præter illa sunt alia, quæ licet à Pontificibus summis concessa sint, Regia dici posunt, quatenus à Regibus impetrata, vel saltē in Regio registrata Consilio, ac libenti animo suscepta & commendata, vt pro eorum obseruatione Indici debeat Magistratus fauorem & auxilium Regio nomine petentibus impartiri. De illis ergo nobis præcipue differendum, pro quo sit

CAPVT I.

Priuilegia quæ aliis pro bono sunt Indorum concessa, an Indorum ipsorum sint dicenda.

2. Alia sunt, quæ in ordine ad Sacramentorum administrationem spectant, vel dispensationes circa alia: in hæc enim interesse aliquid potest, & ita oportet non indiscretum præterire. Circa quod

Affirio 1. affirmatiua reponens que-
stioni.
P. Suarez.

Dico primò. Priuilegia prædicta verè & propriè Indorum dicenda sunt. Probatur ex doctrinâ P. Suarez Libr. 8. de legibus Cap. 6. num. 1. vbi juxta receptam de priuilegiis Scriptorum sententiam, ait materiam priuilegiij, seu finem proximum ejus, esse communum illud, quod præbet

Thefauri Indici, Tom. II.

priuilegiato: quod aliquando est priuata persona, aliquando commune: quam differentiam doceo exponit. Ad nostrum autem intentum factis est scire ex commode, quod intenditur, rationem esse priuilegij desumendam. Si ergo per illud commodum non eus, qui aliiquid est facturus, sed eis, circa quem est facturus, inspiratur, hujus certè priuilegium cum omni est proprietate dicendum. Tunc sic Pontifices in concessione Indicorum priuilegiorum, communum Indorum præsertim intendunt, quibus, vt nouellis plantis, indulgendum arbitrantur: ergo priuilegia propriè talia ipsorum sunt.

3. Dico secundò. Priuilegia dicta, quæ nullum speciale commodum eorum, qui ministerio aliquo sunt usluri, respiciunt, non sunt dicenda tantum efflori, si nullum commoda aliorum intendatur. Afferio 2.

AA Licit

Licet autem ad actiones hujusmodi obeundas soleat ad speciales qualitates sacerorum Ministrorum attendi, id non est satis ad propositum, ex doctrina ejusdem. Eximij Doctoris Cap. 4. Libri chartarum n. 1. vbi bene obseruat aliquando concedi priuilegium alicui propter commune bonum; & nihilominus in eo considerari bona eius merita; non ut merita, sed ut indicia virtutis conuenientis, vt ei tale ministerium committatur. Quod ex Cap. Mandata, de Praesumptionibus: licet ibi de priuilegiis non agatur & quamvis ibidem dictus Pater dicat priuilegium tali benemerito, licet non ut benemerito, concedi; id non est ex eo quod priuilegium secundum propriam rationem ipsi conueniat, sed ministerialiter, & secundum doctrinam Scriptores circa hujusmodi interpretationem affirmant. Sic Dom. Solorzarus Tomo 2. Lib. 3. Cap. 26. num. 110. juxta doctrinam Tiraquelli, & Barbosæ. Fr. Ioannes Baptista *spr.* fol. 144. pag. 2. & alii. Quod probo ex receptissima doctrina apud Scriptores, juxta quam priuilegia, etiam odiūm alias contineant ob rationem dictam, latè interpretanda sunt, quando cedunt in fauorem religionis, ac pia causa, de quo alias dictum: & videri pro eo potest P. Suarez *spr.* num. 7. P. Palaus. num. 5. apud quos alii. Bonacina Tomo 2. Disput. 1. Quæst. 3. Puncto 7. §. 1. num. 5. vers. Diuī regulariter cum Patribus Henriquez, Salas, Sancio, & aliis. Atqui Indorum priuilegia cedunt in fauorem religionis, & causæ pia: ergo amplè interpretanda sunt. Major constat, & Minor ostendit: quia cedunt in fauorem fidei, & conuersioris. Indorum, vt est compertum: vnde Pontifices id solent in concessione testari, vt videri potest specialiter in Bullis Pauli V. Vrbani VIII. & Innocentij X. quarum exordium est, *Animarum salvi.* Item pia causa negotiorum agitur, quandoquidem Indi miserabiles personæ sunt, vt probat Dom. Solorzarus *spr.* Lib. 1. Cap. 27. per totum: vbi eorum priuilegia ex tali titulo ipsis conuenientia recenset. Vnde irrefragabilis est consequentia.

Affiratio 3.
id limitans, etiam aliquod subest eō modum.
Cap. Vt priuilegia

Dico quartū. Differentia dicta ad id potest deseruire, vt priuilegia diuerso modo interpretanda sint, juxta diuersas Scribentium opiniones. Si enim Indorum sunt, & non Ministrorum circa illos valde favorabiliter extendenda; non ita circa istos; nisi quatenus favorabilis circa hos interpretatio in illorum fauorem potest redundare. Sicut è conuerso, quando Ministrorum sunt. Sin autem commodum vtrique persentiant, vtrique est fauor ampliandus. Et ratio est: quia fauorem esse ampliandum ex regula Iuris habemus in 6. fauor autem & commodum idem sunt in præteri: ergo cum priuilegium propriè tale ex commodo dignoscatur respectu ejus fauor ampliandus est, respectu cuius commodum habetur; non ita in eo, qui nullum commodum experitur. Sed ampliatio hæc amplius explicanda, & ita pro ea sit

C A P V T II.

An Indica Priuilegia sint favorabiliter accipienda, augenda, & amplianda.

Communis differentia priuilegiorum, iuxta quam loquantur. Autores.

I Vxta gratiarum Scriptorum sententiam videtur cum distinctione loquendum. Aut enim priuilegia sunt pura beneficia, quæ nulli præjudicium afferunt, nec derogant juri communi, aut alicuius tertij: vel securi. Si primum, favorabiliter accipienda sunt, augenda, & amplianda, seruat tamen verborum prioritate. Si secundum, restringenda sunt, quia

odium continet: odiosum enim est quod à jure communi exorbitat, aut alicui ingenerat præjudicium: odia autem esse restringenda, celebris regula juris in 6. pronuntiat. Sic P. Suarez Lib. 8. de legibus Cap. 7. P. Palaus Tomo 1. Tract. 3. Disput. 4. Puncto 10. & alii apud ipsos. Nihilominus

Affiratio 1.
Indica laud interpretanda.

Probatio quia cedit in fauorem religionis,

Et etiam causa pia.

Affiratio 5.
Favorabiliter interpretanda, quia Regibus Catholicis concessa.

Cap. Cūdum,

Affiratio 2.
idem statuens de priuilegiis Ministrorum, si in eorum cedant commodum.

Affiratio 3.
negans, si comodi deſit.

Affiratio 4.
Affirmans ordinariē loquendo, ob commodum aliquod Ministerorum.

Affiratio 5.
que certa finit.

Perpetua que certa finit.

Cap. De rect de regi.

Thesauri Indici. Tom. II.

Hoc ultimum iam in utilitatem Indorum cedere; primum certè non cedit tantum, & ita locum habere etiam in dispensationibus potest, per quas Ministri à labore aliquo eximuntur. Accedit, vt probabile hoc sit, verosimilis Bonacina doctrina *spr.* Puncto 8. num. 20. vbi ait quod si priuilegium concedatur indefinitè & generaliter, præsumitur concessum in fauore illius, cui facultas commititur: vt si alicui concedatur facultas ad dispensandum, vel ad audiendas Confessiones indefinitè, seu cum personis indeterminatis. Sic ille cum PP. Suario & Sales, ac Rota Romana: fecus si concedatur personæ designatae. Cum ergo priuilegia Ministris Indicis concessa sic se habeant, dici possunt illis concessa: & quia commodum illud non sicut in ipsis, sed ad Indos respectum includit, ex eo dici potest ample interpretanda. Et etiam quia Religiosis conceduntur, si Ministri tales sint, immo & si non sint tales, sed quacumque personæ sacræ: quia negotium religionis agitur, dum personæ sacræ taliter honorantur, in quo etiam pietatis respectus admiscetur, vt dici etiam causa pia possit. Vnde & idem dicendum de priuilegiis, quæ pro Hispanis, & aliis Indianis incolis conceduntur.

*10 Dico quintū. Priuilegia dicta ex eo quod Regibus Catholicis videantur concessa, dici potest favorabiliter esse interpretanda, etiam si odiosa alias propter adductas apparet rationes. Sic Dom. Solorzarus, & Fr. Ioannes Baptista locis adductis num. 7. & quidem quando priuilegia aliqua ad eorum instantiam concessa sunt, non videtur posse dubitari. Potest autem dici omnia eundem respectum habere: cum enim concedantur Ministris à Rege missis, sive ad conuersationem Indorum alias destinatis, eidem videntur concedi, quandoquidem communis causa est, & Pontifices sciant à Regibus negotium istud cum omni sedulitate tractari. Vnde eti non expreſſe, tacitè tamen ad eos videtur directa concessio. Taciti autem & expressi ratio est eadem, vt notant Doctores in Cap. Cūdum, de censibus, ibi: *Cui renuntiāſſe tacitè videbatur.* Videndum Barbosa *ibidem* num. 7.*

C A P V T III.

Priuilegia Indica an sint perpetua.

11 D E aliquorum perpetuitate nequit dubitari, quia ita in eorum concessione expressum habetur, vel saltem nulla temporis limitatio adiecta, quod satis est vt perpetua esse intelligentur, iuxta communem Doctorum sententiam. Pro quo videri potest P. Suarez *spr.* Cap. 5. præsentim numer. 2. Fauteque aperte regula iuris in Sexto sic habens: *Decet beneficium Principis esse manſurum.* Ut maneat seſſit, quando nulla est limitatio apposita ipsi. De concessis ergo prædicto modo res est extra controversiam, nisi reuocata fuerint, vt accident in iis, quæ concessa sunt viuæ vocis oracula, & in nonnullis aliis, quæ propter instantiam aduersantium aliquorum esse desierunt, sic Sede Apostolicā conueniens iudicante. Est ergo *Thesauri Indici. Tom. II.*

difficultas de temporalibus, quæla multa inter Indica reperiuntur, Religiosis concessa, & præsertim Societati nostre, in quibus Religioses multa communicant in Indiis existentes, vnde ad omnes ferè potest, quod de illis discusum fuerit, pertinere. Quamvis negandum non sit circa aliqua, vt non communia sint, speciale difficultatem occurrit, quod non est in præsenti disputandum: sed illud tantum, an limitatione temporis non obstante in eisdem adiecta, probabile aliquod fundamentum succurrat ad eorum perpetuitatem aſſerendam.

12 In quo non defuerunt qui ita censebunt, & quidem docti viri id probantes. *De omnibus sententiis affirmitatis.* Primo ex Bulla Pauli V. die 4. Septembris. Anno 1606, in qua de Societate loquens sic ait: *Motu quo ratio i proprio, & ex certa scientia, ac mera deliberatione ex Bulla nostra, deque Apostolice potestatis plenitudine, luable Societas Institutum, Constitutiones &c. Nec non priuilegia, facultates, exemptiones, immunitates, gratias, & indulgentias, à predictis, & aliis Predecessoribus nostris eidem Societati, & illis pro tempore existenti Preposito Generali, & Religioni principaliter vel per communicationem concessa, qualiacumque illa fini, Apostolica autoritate predicta; eorumdem tenore præsentium perpetuo approbamus, & confirmamus, ac illis perpetue ac inuiolabilis firmatis, ac nomine, & Apostolica Sedis auctoritate robur adiicimus, & que omnia & singula innovamus, & de novo concedimus. Hæc Pontifex, ex quibus videtur efficaciter argui posse: nam priuilegia, qualiacumque illa sint, Societati concessa confirmantur, approbantur, & innovantur, cum perpetua firmitate, omnia & singula. Atqui priuilegia Indica sub illa inuierabilitate comprehenduntur, vt est plenum, sic enim indicant verba illa, *Qualia cumque, omnia, & singula: ergo perpetuæ, & inuiolabilis firmatis robur assequuntur.**

*13 Nec dici potest confirmationem hanc Vrgentur ex esse in formâ communis, & ita speciale vi non eo quid habere ad effectum prædictum, iuxta communem doctrinam Scriptorum in Iuris dispositione fundatam, per quam habetur confirmationem communis dictam nullum ius nouum conferre, nec valorem dare priuilegio, si erat inuolidum; & ita non posse dici nouam concessionem, sed puram rationem. Pro quo videndum P. Suarez *spr.* Cap. 18. præsentim num. 8. non inquam dici potest. Nam confirmatione dicta Pauli V. est ex certa scientia, vt ex ipsis tenore constat, additis nouis clausulis eamdem scientiam roborantibus, scilicet, *Motu proprio, & mera deliberatione nostra.* Quando autem hoc habetur, confirmatione non est in forma communis, sed speciali, & ita habet vim noua concessionis, & actum nullum reddit de inuolido validum, per Textus & Auctores adductos ab eodem Patre. num. 12. Emmanuel Roderico Tomo 1. q. regul. q. 8. artic. 4. & Tomo 3. quæst. 2. artic. 5. 6. Præterea. Pro quo & P. Palaus Tomo 1. Tract. 3. Disputat. 4. Puncto 2. §. 10. & plenissime Cardinalis Turchus V. Confirmatio ex certa scientia. Per quod etiam excluditur id, quod de innovatione dici poterat, eam scilicet nouum ius non tribuere, vt expresse habetur in Cap. Ex parte 1. & in Cap. Quia intentionis, de Priuilegiis, cuius ultimi Capitis verba sunt: *Cum innovatio nec ius nouum conferat, nec etiam intentionis tollat.**